Quelle: http://manuscripta.at/?ID=30328
Copyright: Heiligenkreuz, Zisterzienserstift

Et acquire prudenciam preciosior est argento
Melius est filius unus timens deum quam filii impii mille
Utilius est mori sine filiis quam relinquere filios impios

Documenta Senece

Quid stulcius in homine quam laudare aliena
Philosophia plebeum non nobilem accepit sed nobilem fecit
Honestissima res est leta paupertas
Nullius rei possessio iocunda est sine socio
Subtilitas animi ciborum copia impeditur
Contemptus corporis certa est libertas
Libencius audias quam loquaris
Nichil dulcius amico est cum quo omnia tamquam tecum loquaris
Pacem habeas cum hominibus, bellum contra vicia
Bonum est laudari, prestancius est laudabilem esse
Auribus frequencius utere quam lingwa
Qui nescit tacere nescit et loqui
Quid dicturus es antequam aliis dicas in dictas
Scire uti paupertate magna est libertas
Peiora sunt odia tecta quam aperta
Prudens falsa non cogitat sed falli non potest
Non te moveat dicentis auctoritas quid dicatur attende
Primo danda sit natura deinde utilia deinde iocunda / et versus sequens
Princeps impius super populum pauperem ut leo rugiens et
et dux indigens prudencia multos opprimet
Omnis sermo dei ignitus clipeus est sperantibus in se
Virga et correctio tribuit sapienciam / puer autem qui dimittitur
voluntati sue confundit matrem suam